



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Joachim, Pater Mariæ. Desiderium videndi Mariam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. JOACHIM, PATER MARIÆ.

Desiderium videndi Mariam.

Deus, qui B. JOACHIMI preces suscipere dignatus es, ut ex sterili diu conjugę genitricis filii tui pater efficeretur; exaudi vota piorum conjugum, & auge in nobis Marię in cęlis videndi desiderium.

Ora pro piis conjugibus,



IOACHIMVM Bethleemitam, filium Heli, Lejusque uxorem Annam, Deiparæ genitores, Græci colunt 9 Septembris, diem natæ Virginis sequente; scilicet ex proprio sibi usu, post præcipua quæque festa Domini ac Dominae nostræ, recolendi memoriam eorum quia ad mysterium proxime spectant. Latini cur Annam in Julio commemorent alibi dicendum; in Martio vero, quo Incarnatio Verbi die 25 occurrit, sicuti ipsam prævenientes, octiduo ante instituerunt festum Angeli, eam annuntiantis, ita consequenter ordinarunt Iosephi ac JOACHIMI cultum, hujus ut Deiparæ patris secundum carnem, istius ut ex lege viri Mariæ, de qua nullo alio viro mediante, natus est Christus. JOACHIMVM porro ajunt, diu sterili conjugio Annæ usum, de nascitura sibi benedictionis filia præmonitum ab Angelo, actam sancte vitam sanctissime finisse juxta templum, in quo illam obtulerat Deo, ibique ab Anna sepultum fuisse; unde Reliquiæ in Europam allatæ, habeantur Bononiæ in Italia, & Colonia Agrippinæ ad Rhenum. Festum Julius Papa II instituit.

Sicut latantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei genitrix. Brev. Rom.